

in litanis Anglicanis omissum fuisse nequaquam verisimile est. At nihil vetat Augustinum hunc sæculo VII in publicis litanis apud plerasque Anglorum Ecclesias invocatum fuisse, tametsi nullum ejus rei decretum præcessisset. Sic enim in Ecclesiæ ritibus usu venire solet, ut quod prius in quibusdam Ecclesiis usurpatum est, communi dein episcoporum decreto confirmetur, totique uni provinciæ sive regno approbetur. Denique etiam permisso hunc Augustino locum in præmissis litanis tributum fuisse ob decretum concilii Cloveshoviensis, repono id nihil detrudere earundem litaniarum antiquitati, prout a me superius asserta est. Cum enim scriptor amanuensis veteres litanias sæculo VII usitatas paulo post concilium Cloveshoviense describeret, nil mirum si Augustinum post Gregorium inseruerit, concilii statuto hac in re obsecutus. Neque par est ratio de Cuthberto, aliisque celebrioribus sanctis superius laudatis: qui etsi publico tum cultu honorarentur, nulla tamen Anglicanæ Ecclesiæ lex exscriptorem adegit ut vetustis ac pridem receptis litanis recentiores sanctos pro arbitrio suo ascriberet.

Ex his porro validissimum argumentum pro Benedictinæ regulæ in Anglia propagatione, quæ invictis aliunde testimoniis demonstrata est, deduco. Siquidem in publicis Anglicanæ Ecclesiæ litanis unus ex omnibus monasticæ vitæ institutoribus sanctis laudatur Benedictus, non Antonius, non Pachomius, non Basilius, non Augustinus, non Cæsarius, non Æquitius, non Aurelianus, non denique Columbanus. Unde consequens est, sæculo VII desinente vitæ monasticæ fundatorem apud Anglos unum audiisse Benedictum, cujus nempe regulam Augustinus in eam insulam invexerat. Accedit quod in dictis litanis sancti Benedicti nomen bis repeti præscribitur, magna sane singularis honoris ac venerationis prærogativa, quæ nulli alii sancto, præterquam sancto Stephano et beatæ Mariæ virgini usque tertio laudatæ concessa est. Hic vero tam singularis sancti Benedicti apud Anglos cultus sine dubio processit ex commendatione tam Gregorii, quam Augustini, qui ambo sanctum Benedictum præceptorem ac institutorem suum venerantes, eundem sibi subditis affectum inspirarunt.

Neque dici potest Augustinum alia quam sancti Benedicti regula in Andreano Gregorii cœnobio informatum fuisse, sed tamen et ad Anglos in Britanniam abeunti Gregorium præscripsisse ut sancti Benedicti regulam in monasteriis institueret. Nam præterquam quod hoc gratis et sine fundamento adduceretur, ac naturali consecutione legitime inferri debeat Augustinum non secundum aliam quam quæ ab ipso in Anglia propagata est regulam in cœnobio Gregoriano vixisse, illud præterea hoc argumento validissime revincitur, quod si alium a sancto Benedicto vitæ religiosæ institutorem Romæ habuisset Augustinus, ejusdem (ut filii) cultum ac venerationem etiam apud Anglos non neglexisset. Quod, puto, facile concedent æqui rerum æstimatores. Cum ergo inter vitæ monasticæ auctores unius sancti Benedicti cultum Anglicanis Ecclesiis præscripserit, uti et regulam monasteriis, nullus jam dubitationi locus relinquitur eum sub eadem Benedicti regula Romæ duce Gregorio militasse. Hæc dixerim, non animo revocandi controversiam jam satis fusa agitatam, sed illustrandi argumentum quod ex his litanis strictius ac brevius in dissertatione mea exposui.

De aliis sanctis, qui in his litanis memorantur, plerisque fere ignotis, plura hic observare non vacat. Illud tantum adverte, Columcillum eum esse, qui Columba Hiberniarum abbas fuit, et sanctam Margaretam, cuius in his partibus non adeo antiqua memoria videbatur, in præmissis litanis locum habere.

VETERES LITANIÆ ANGLICANÆ

A MILLE ANNIS EDITÆ.

(Mabill. Vet. analect.)

Kyrie, eleison.	S. Andrea,	Ora.	S. Tite,	Ora.
Christe, eleison.	S. Jacobe,	Ora.	S. Philimon,	Ora.
Christe, audi nos.	S. Joannes,	Ora.	S. Clemens,	Ora.
Christe, audi nos.	S. Thoma,	Ora.	S. Syxte,	Ora.
Christe, audi nos.	S. Jacobe,	Ora.	S. Felix,	Ora.
Sancta Maria, ora pro nobis.	S. Philippe,	Ora.	S. Laurenti,	Ora.
Sancta Maria,	S. Bartholomæu,	Ora.	S. Corneli,	Ora.
Sancta Maria,	S. Matthæu,	Ora.	S. Cypriane,	Ora.
<i>De angelis.</i>	S. Juda,	Ora.	S. Sebastiane.	Ora.
Sancte Michael, ora pro nobis.	S. Barnaba,	Ora.	S. Gervasi,	Ora.
Sancte Gabriel,	S. Mathia,	Ora.	S. Protasi,	Ora.
Sancte Raphael,	Omnes sancti chori apostolorum,	Ora.	S. Vincenti,	Ora.
Omnes sancti angeli, orate pro nobis.	orate pro nobis.	Ora.	S. Georgi,	Ora.
Omnes sancti archangeli	<i>De martyribus.</i>	Ora.	S. Dionysi,	Ora.
Orate.	Sancte Stephane (bis), ora pro nobis.	Ora.	S. Maurici,	Ora.
Omnes sancti chori novem ordinum cœlestium,	S. Luca,	Ora.	S. Victor,	Ora.
Orate.	S. Marce,	Ora.	S. Joannes,	Ora.
<i>De apostolis.</i>	S. Barnaba,	Ora.	S. Paule,	Ora.
Sancte Petre, ora pro nobis.	S. Timothæu,	Ora.	S. Donatiane,	Ora.
S. Paule,		Ora.	S. Rogatiane,	Ora.
		Ora.	S. Agustine,	Ora.

S. Cosma,	Ora. S. Perpetua,	Ora. Propitius esto, parce nobis, Do-
S. Damiane,	Ora. S. Agatha,	Ora. mine.
S. Romane,	Ora. S. Cecilia,	Ora. Propitius esto, libera nos, Domine.
S. Casari,	Ora. S. Agnes,	Ora. Ab omni malo, Libera.
S. Marcelline,	Ora. S. Anastasia,	Ora. Ab omni iniquitatis cordis et cor-
S. Pancrate,	Ora. S. Petronilla,	Ora. poris, libera nos, Domine.
S. Nazari,	Ora. S. Eufemia,	Ora. A morbo malo, Libera.
S. Benigne,	Ora. S. Savina,	Ora. Ab hoste malo, Libera.
S. Symphoriane,	Ora. S. Scholastica,	Ora. Ab insidiis diaboli, Libera.
S. Hermes,	Ora. S. Eugenia,	Ora. A persecutione inimici, Libera.
S. Felicissime,	Ora. S. Sussanna,	Ora. A periculo mortis, Libera.
S. Abdo,	Ora. S. Appra,	Ora. A ventura ira, Libera.
S. Senes,	Ora. S. Columba,	Ora. Per adventum tuum, Libera.
S. Tiburti,	Ora. S. Tecla,	Ora. Per nativitatem tuam, Libera.
S. Beate,	Ora. S. Ninoca,	Ora. Per baptismum tuum, Libera.
S. Candide,	Ora. S. Ticiava,	Ora. Per passionem tuam, Libera.
S. Bonifaci,	Ora. S. Genufela,	Ora. Per crucem tuam, Libera.
S. Nicomedis,	Ora. S. Justina,	Ora. Per resurrectionem tuam, Libera.
S. Menna,	Ora. S. Cristina,	Ora. Per ascensionem tuam, Libera.
S. Magne,	Ora. S. Crispina,	Ora. Per descensionem Spiritus sancti,
S. Ruphine,	Ora. S. Crispiniana,	Ora. Libera.
S. Nabori,	Ora. S. Corona,	Ora. Peccatores, te rogamus, audi
S. Juvenalis,	Ora. S. Benedicta,	Ora. nos (ter).
S. Beatrix,	Ora. S. Senentina,	Ora. Ut pacem nobis dones, Te.
S. Jacinthe,	Ora. S. Margareta,	Ora. Ut vitam atque sanitatem nobis
S. Martiniane,	Ora. S. Blandina,	Ora. dones, Te.
S. Dremore,	Ora. S. Martha,	Ora. Ut nobis in bonis operibus pers-
Omnes sancti Chori martyrum,	Ora. S. Menna,	Ora. verantiam dones, Te.
orate pro nobis.	Ora. S. Mathitia,	Ora. Ut nos in vera fide et religione
	Ora. S. Perpetua,	Ora. conservare digneris, Te.
	Ora. S. Concordia,	Ora. Ut ecclesiam catholicam conser-
	Ora. S. Julitta,	Ora. vare digneris, Te.
	Ora. S. Sindita,	Ora. Ut regem et episcopum nostrum
	Ora. S. Solfonia,	Ora. conservare digneris, Te.
	Ora. S. Crescentia,	Ora. Ut vitam et sanitatem eis dones, Te.
	Ora. S. Donata,	Ora. Ut populo Christiano pacem et qui-
	Ora. S. Juliana,	Ora. etatem largiri digneris, Te.
	Ora. S. Portuna,	Ora. Ut fructum terræ nobis dones, Te.
	Ora. S. Victoria,	Ora. Ut cæli serenitatem nobis dones,
	Ora. S. Tarsilla,	Ora. Te.
	Ora. S. Emihana,	Ora. Ut pluviam opportunam nobis do-
	Ora. S. Trispa,	Ora. nes, Te.
	Ora. S. Brigida,	Ora. Ut charitatem nobis dones, Te.
	Omnes sancti chori virginum, orate	Ora. Ut nobis veram penitentiam con-
	pro nobis.	Ora. cedas agere, Te.
	Omnes sancti, intercedite pro no-	Ora. Ut clerum et plebem Anglorum
	bis.	Ora. conservare digneris, Te.
	Omnes sancti angeli, Intercedite.	Ora. Ut universalem congregationem
	Omnes sancti archangeli, Inter-	Ora. sanctorum conservare digneris,
	cedite.	Ora. Te.
	Omnes sanctæ virtutes, Intercedite.	Ora. Ut eam in vera fide et religione
	Omnes sanctæ potestates, Inter-	Ora. conservare digneris, Te.
	cedite.	Ora. Ut nobis misereri digneris, Te.
	Omnes sancti principatus, Inter-	Ora. Ut nos exaudire digneris, Te.
	cedite.	Ora. Fili Dei, Te.
	Omnes sanctæ dominationes, Inter-	Ora. Agnus Dei, qui tollis peccata
	cedite.	Ora. mundi, miserere nobis.
	Omnes sancti throni, Intercedite.	Ora. Agnus Dei, qui tollis peccata mun-
	Omnes sancti cherubim, Interce-	Ora. di, parce nobis, Domine.
	dite.	Ora. Agnus Dei, qui tollis peccata multi-
	Omnes sancti seraphim, Interce-	Ora. di, dona nobis pacem.
	dite.	Ora. Christe, audi nos (ter).
	Omnes sancti patriarchæ, Inter-	Ora. Kyrie, eleison (ter).
	cedite.	Ora. Christe, eleison (ter).
	Omnes sancti prophete, Inter-	Ora. Drenus, Pater noster,
	cedite.	
	Omnes sancti apostoli, Intercedite.	
	Omnes sancti martyres, Interce-	
	dite.	
	Omnes sancti confessores, Inter-	
	cedite.	
	Omnes sanctæ virgines, Intercedite.	
	Omnes sancti, Intercedite.	
	Ut per vestras orationes adipiscamur	
	sine fine regnum celorum	
	Domino volente, per omnia sæ-	
	cula sæculorum.	

De confessoribus.

Sanctus Leo, ora pro nobis.

S. Silvester,	Ora.
S. Donato,	Ora.
S. Gregori,	Ora.
S. Augustine,	Ora.
S. Hieronyme,	Ora.
S. Benedicte (bis),	Ora.
S. Hilari,	Ora.
S. Martine,	Ora.
S. Samson,	Ora.
S. Briocæ,	Ora.
S. Melore,	Ora.
S. Branwalatre,	Ora.
S. Patrici,	Ora.
S. Brindane,	Ora.
S. Carnache,	Ora.
S. Gilda,	Ora.
S. Paterne,	Ora.
S. Petriane,	Ora.
S. Gypwalsee,	Ora.
S. Courentine,	Ora.
S. Citawe,	Ora.
S. Guoidiane,	Ora.
S. Munna,	Ora.
S. Serwane,	Ora.
S. Serecine,	Ora.
S. Guiniave,	Ora.
S. Tutwale,	Ora.
S. Germane,	Ora.
S. Columcille,	Ora.
S. Paule,	Ora.
S. Judicaille,	Ora.
S. Mevinne,	Ora.
S. Guoidwale,	Ora.
S. Dircille,	Ora.
S. Bachla,	Ora.
S. Rawele,	Ora.
S. Racate,	Ora.
S. Loutierne,	Ora.
S. Riacate,	Ora.
S. Touinnane,	Ora.
Omnes sancti chori confessorum,	Ora.
orate pro nobis.	

De virginibus.

Sancta Maria (ter), ora pro nobis.

S. Felicitas, Ora.

Hæc oratio post litaniam canitur.

Magnificis mirificisque orationibus atque meritis recensitorum patriarcharum, prophetarum atque apostolorum, plurimorumque martyrum, vel electorum, atque confessorum omnium, petimus et oramus, ut quemadmodum eorum nomina vel memoriam in hoc sæculo memorare et recitare frequentamus, ita atque ipsi pro nobis in regnis caelestibus affectuales ac privatas preces fundere dignentur, ut a Deo veniam et indulgentiam impetrare atque obtinere, et eorum desiderandam et aspiciendam speciem et gloriam in regno Dei videre, et congaudere mereamur, præstante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor, et potestas, et imperium una cum Patre atque Spiritu sancto in sæcula sæculorum. Amen.

ANNO DOMINI DLXXVI.

SANCTUS DOMNOLUS,

EPISCOPUS CENOMANENSIS,

DE SANCTO DOMNOLO,

EPISCOPO CENOMANENSI, IN GALLIA,

(Ex Bollandio.)

§ 1. Vita scripta, cultus sacer, reliquia.

1. Inter episcopos Cenomanenses in Gallia nonus habetur sanctus Domnolus, sive Donnolus, cuius facta et præclara tropheæ quæ novit sua ætate perpetrata, scripto reliquit auctor Vitæ, qui cum eo in huc vitæ mortalis peregrinatione plurimum se conversatum esse testatur in prologo, additque, num. 10, se cæcum ejus meritis illuminatum sæpius vidisse atque ab illo plura alia viri sancti miracula didicisse; et sub finem asserit emergentem ad sepulcrum ejus sanatum, multis annis sanum secum permansisse, imo tres cæcos, se aspectante, luce redintegrata, incolumes abisse, et multos alios morbis afflictos se conspiciente venisse, eosque beati viri meritis sanos inde recedere vidisse. Fuit autem is ex præcipuis ecclesiæ cathedralis presbyteris, unde ecclesiæ nostræ bona restituta et villas indicat, num. 11, 15 et 18; ipsamque Vitam vulgavit sub auspiciis sancti Hadoini episcopi Cenomanensis, inter quem et sanctum Domnolum fuerunt Hadegisilus et Bertigravunus. Vitam sancti Hadoini dedimus (*Bolland.*) in addendis ad 20 diem Januarii cum ejus Testamento, in quo, num. 3, basilicæ sancti Vincentii, quam Domnolus sanctæ recordationis episcopus suo labore construxit, donat pratellum, juris sui villulam, ut vel inde ejus erga sanctum Domnolum affectus queat agnosci. Vitæ stylum nonnihil se emendasse ait Surius, quam inde jamus nostro modo illustratam et distinctam, quia primogenio stylo hactenus non potuit apud Cenomanos inveniri, magna licet adhibita diligentia. Hisce adjungimus aliam breviorē Vitam ex vetusto Codice monasterii Anisolani nobis

B a Joanne Dardex procuratam et a Guilielmo Quirini transmissam, utroque nostræ societatis sacerdote et studiorum nostrorum amatissimo. Hæc Vita post priorem, cujus meminit, scripta est eo potissimum ut possessiones collatæ monasterio sancti Vincentii accuratius explicarentur. Cui subjungimus testamentum sancti Domnoli per modum obtestationis circa illud monasterium factæ clero Ecclesiæ suæ, cujus testamenti alterum exemplar pridem habebamus, alterum ex Ms. R. P. Ludovici Jacob a sancto Carolo, ordinis Carmelitani sacerdote, ipsi Parisiis descripsimus.

2. Mortuum esse sanctum Domnolum Kalendis Decembris indicant Acta, ad quem diem illius festum anniversaria celebritate recolitur a Cenomanensibus, et Saussaius in Martyrologio Gallicano ista scribit: « Cenomanis depositio sancti Domnoli, episcopi illius urbis et confessoris, cujus elogia expressa sunt die ejus ordinationis, scilicet 16 Maii: qua die ibidem celebriori cultu ejus est illustris memoria. » Idem Saussaius ad 16 Maii, post longum encomium ista habet: « Abiit quidem vir divinus ad superos Kalendis Decembris, quo die et in sacris Cenomanensis Ecclesiæ tabulis memoria ejus fulget, proprio cultu consignata. Verum Romana omnium mater Ecclesiarum hodie sacram ejus coronam veneratur, tanti antistitis ordinationem, etc. » Verum nulla ordinationis mentio sit in Martyrologio Romano, aut apud Molanum, Geselinum Cansium et alios, sed nuda memoria proponitur hoc 16 Maii, apud Cenomanos, sancti Domnoli episcopi. Nos, quod et Surius fecit, ejus vitam ad hunc diem jamus. Joannes Boudonnetus, monasterii sancti Vincentii a sancto Domnolo